1. rí - a! Sors ú - ni - ca ter - rí - genum, O Ma-
2. rí - a! Dul - cis pa-rens cle - mén - ti - ae,
3. rí - a! Cau - sa nostrae lae - tí - ti - ae, O Ma-
4. rí - a! Ex - stín-gue no-stra crí - mi - na
1. rí - a! Ju - bi - lá - te, Ché-ru-bim, Ex - sul - tá - te,
2—4. rí - a! Ju - bi - lá - te, Ché-ru-bim, Ex - sul - tá - te,
1. Sé - ra - phim, Con-so - ná - te pér - pe - tim: Sal - ve,
2—4. Sé - ra - phim, Con-so - ná - te pér - pe - tim: Sal - ve,
1. sal - ve, sal - ve, Re - gí - na!
2—4. sal - ve, sal - ve, Re - gí - na!

5. Ad te clamámus éxsules, — O María! — Te nos rogámus súpplices, — O María! — Jubiláte, etc.

6. Audi nos Evae fílios, — O María! — In te sperántes míseros, — O María! — Jubiláte, etc.

7. Eja ergo nos réspice, — O María! — Servos tuos ne déspice, — O María! — Jubiláte, etc.

8. Convérte tuos óculos, — O María! — Ad nos in hoc exsílio, — O María! — Jubiláte, etc.

9. Osténde tuum Fílium, — O María! — Nobis post hoc exsílium, — O María! — Jubiláte, etc.

10. Redde cordis laetítiam, — O María! — Per peccatórum véniam, — O María! — Jubiláte, etc.

118. Tota pulchra es, Maria.

1646.




cu - la o - ri - gi - ná - lis non est in te.
I. Tu gló - ri - a Je - rú - sa - lem. II. Tu lae-
tí - ti - a I - sra - ël. I. Tu ho - no - ri-
fi - cén - ti - a pó - pu - li no - stri. II. Tu ad - vo-


cá - ta pec - ca - tó - rum. I. O Ma - rí - a!
II. O Ma - rí - a! I. Vir - go pru - den - tís - si-
ma. II. Vir - go cle - men - tís - si - ma. I. O - ra
pro no - bis. T. O - ra pro no - bis ad



119*. Ultima in mortis hora.




120*. Virgo virginum praeclara.

J. Mohr.







5. Virgo vere benedícta, — Culpa numquam es obstrícta, — Carnis in exsílio: — Sine labe tu concépta, — Magno lápsui praerépta — Summo privilégio.

6. Contendébat certatúra — Tunc cum Grátia Natúra, — Grátia praeváluit; — A peccáto praeservátam — Immúnem et illibátam — Mire te constítuit.

7. Eva nova novae legis, — Praeelécta summi Regis, — Consors ejus glóriae, — Tu dracónem domuísti, — Forte pede contrivísti — Victrix caput Sátanae.

8. Semper fulgens munda stola, — Inter mundas munda sola — Adscendísti sídera; — Super ágmina Sanctórum, — Super choros Angelórum — Sceptra geris Dómina.

9. Oras nunc a dextris Nati, — Jugo solvat ut peccáti, — Quos redémit sánguine; — Manus tuae stillant dona, — Vitae fac coeléstis bona — Et in nos deflúere.

10. Esto nobis maris stella, — Ne nos flúctuum procélla — Navigántes óbruat; — Ex qua salus est exórta, — Esto nobis coeli porta, — Quae salvándis páteat.

11. Virgo clemens, Virgo pia, — Duc salútis nos in via — Vitae per exsílium; — Nos, o Mater, hic tuére, — Olim istic fac vidére — Te tuúmque Fílium.

12. Fac, te duce, nos oráre, — Vigiláre, et certáre, — Certos tuae grátiae; — Funde nobis pia dona, — Custos, mater, et patróna — Sanctae sis Ecclésiae.

13. Fac nos stare fide vera, — Caritáte, spe sincéra, — Absque culpae mácula; — Gregem tibi sic dicátum, — Jam a pátribus sacrátum — Prótegas in sáecula. Amen.

IV.

De Sanctis.


Laudate Dominum in sanctis ejus.

Psalm. CL.

De S. Joseph*).

121. Coelitum, Joseph, decus.

J. Mohr.



2. Te Sa - tor re - rum stá - tu - it pu-
3. Tu Red-em - ptó - rem stá - bu - lo ja-
4. Rex De - us re - gum, Do - mi - ná - tor




2. dí - cae Vír - gi - nis spon - sum, vo - lu - ít - que
3. cén - tem, Quem cho - rus Va - tum cé - ci - nit fu-
4. or - bis, Cu - jus ad nu - tum tre - mit in - fe-

*) Litanias omnium Sanctorum habes pag. 164.







5. O nimis felix, nimis o beátus, — Cujus extrémam vígiles ad horam — Christus et Virgo simul adstitérunt — Ore seréno.

6. Hinc stygis victor, láqueo solútus — Carnis, ad sedes plácido sopóre — Migrat aetérnas, rutilísque cingit — Témpora sertis.

7. Ergo regnántem flagitémus omnes, — Adsit ut nobis veniámque nostris — Obtinens culpis tríbuat supérnae — Múnera pacis.

8. Sint tibi plausus, tibi sint honóres, — Trinus qui regnas Deus, et corónas — Aureas servo tríbuis fidéli — Omne per aevum. Amen.

122*. Te, Joseph, celebrent.



2. Al - mo cum tú - mi - dam gér - mi - ne cón - ju-
3. Tu na - tum Dó - mi - num strin-gis, ad éx - te-
4. Post mor-tem ré - li - quos mors pi - a cón - se-
5. No - bis, sum - ma Tri - as, par - ce pre - cán - ti-



2. gem Ad - mí - rans dú - bi - o tán - ge - ris
3. ras Ae - gýp - ti pró - fu - gum tu sé - que-
4. crat, Pal-mám-que e - mé - ri - tos gló - ri - a
5. bus, Da Jo - seph mé - ri - tis sí - de - ra



2. án - xi - us, Af - flá - tu sú - pe - ri Flá - mi-
3. ris pla - gas; A - mís - sum Só - ly - mis quae - ris
4. sús - ci - pit; Tu vi - vens, Sú - pe - ris par, frú-
5. scán - de - re: Ut tan - dem lí - ce - at nos ti-



2. nis An-ge-lus Con-cé-ptum pú-e-rum do-cet.
3. et ín-ve-nis, Miscens gáu-di-a flé-ti-bus.
4. e-ris De-o, Mi-ra sor-te be-á-ti-or.
5. bi pér-pe-tim Gra-tum pró-me-re cán-ti-cum.




123. Magne Joseph, fili David.



2. Béthle-hem dum pro-fe-ctú-rus Pér-ge-res cum
3. Vim He-ró-dis e-va-sí-sti Mó-ni-tus ab
4. Quam do-lé-bas, quum quae-ré-bas Du-od-énnem
5. In-ter Jesu et Ma-rí-ae Ma-nus in-te-


1. Vír - gi - ni, Quem et Vir - go nun - cu - pá - vit
2. Vír - gi - ne, De - us, no - bis par fu - tú - rus,
3. An - ge - lo, In Ae - gý - ptum dum du - xí - sti
4. Jé - su - lum! Sed in - vén - tus et re - tén - tus
5. gér - ri - mas Spí - ri - tum e - mít - tis pi - e
1. Pa - trem Chri - sti Dó - mi - ni, Qui fi - dé - lis
2. Na - tus est in tém - po - re. Quem in foe - no
3. Vír - gi - nem cum Pár - vu - lo. Per moe - ró - rem,
4. Au - xit il - le gáu - di - um. Je - sum, lu - men
5. Hinc ad se - des sú - pe - ras. E - ja, Je - su
1. ser - vus De - i Da - tus et fa - mí - li - ae: Pre - cor, ve - lis
2. col - lo - cá - tum Co - lu - í - sti gná - vi - ter, Nunc in coe - los
3. quem tu - lí - sti I - sto in ex - sí - li - o, Cum gra - vá - bor
4. o - cu - ló - rum, Fac me numquam pérde - re, Sem - per pu - ri -
5. et Ma - rí - ae Te con - jún - ge tér - ti - um, Quando me su -



2. e - le - vá - tum O - ra pro me jú - gi - ter.
3. ho - ra tri - sti, Mi - hi sis au - xí - li - o.
4. tá - te mo - rum Men - ti ad - sit ín - te - grae.
5. pré - ma di - e Mors ci - tá - bit án - xi - um.

124. Salve, pater Salvatoris.

J. Mohr.



2. Je - sum ó - cu - lis vi - dí - sti, Et in brá - chi -
3. O mi Jo - seph, plus a - mán - de, Et prae cunctis
4. O fe - lí - cem et be - á - tum, Cu - sto - dí - ri
5. Per Ma - rí - ae, tu - ae ma - tris, Pre - ces, et Jo -



2. is - tu - lí - sti, O sua - vis fe - lí - ci - tas!
3. ho - no - rán - de, O flos pu - di - cí - ti - ae!
4. cui est da - tum Tu - o sub prae - sí - di - o,
5. sé - phi pa - tris, Je - su, tu nos ád - ju - va,


1. Sal - ve, spon - se Ma - tris De - i, Sal - ve, ho - spes
2. Ge - nis ge - nas ad - mo - ví - sti, O - scu - la dans
3. Ti - bi tan - ta sors est da - ta, Quan - ta nul - li
4. Et qui mé - ru - it ha - bé - re Te pa - tró - num,
5. Ut pos - sí - mus te vi - dé - re, Et ae - tér - num
1. Je - su me - i, Jo - seph ter mi - rá - bi - lis,
2. ac - ce - pí - sti, O fe - lix su - á - vi - tas!
3. est col - lá - ta Ab au - ctó - re grá - ti - ae,
4. et gau - dé - re Tu - o pa - tro - cí - ni - o,
5. pos - si - dé - re In coe - lé - sti pá - tri - a,
1. Jo-seph ter mi - rá - bi - lis.
2. O fe - lix su - á - vi - tas!
3. Ab au - ctó - re grá - ti - ae.
4. Tu - o pa - tro - cí - ni - o.
5. In coe - lé - sti pá - tri - a! A - men.

De S. Michaële.

125*. Te, splendor et virtus Patris.


Vesp. Rom. 1875.



2. Ti - bi mil - le den - sa míl - li - um Du-
3. Dra - có - nis hic di - rum ca - put In
4. Con - tra du - cem su - pér - bi - ae Se-
5. Pa - tri, si - múl - que Fí - li - o, Ti-



2. cum co - ró - na mí - li - tat: Sed éx - pli - cat
3. i - ma pel - lit tár - ta - ra, Du - cém - que cum
4. quá - mur hunc nos Prín - ci - pem, Ut de - tur ex
5. bí - que, san - cte Spí - ri - tus, Sic - ut fu - it,



2. vi - ctor Cru - cem Mí-cha - ël sa - lú - tis
3. re - bél - li - bus Coe - lé - sti ab ar - ce
4. A - gni thro - no No - bis co - ró - na,
5. sit jú - gi - ter Sae - clum per o - mne



126. O Heros invincibilis.

1606.





De Angelo Custode.

127. Aeterne Rector siderum.

J. Mohr.







2. pú - scu - lo Lu - cem no - vam da mén - ti - bus.
3. tá - gi - o Ut crí - mi - num nos pró - te - gat.
4. lén - ti - ae In - cáu - ta ne - ctat pé - cto - ra.
5. Spí - ri - tus, Per An - ge - los cu - stó - di - at.



128*. Custodes hominum.



2. Nam quod cor - rú - e - rit pró - di - tor án - ge-
3. Huc, Cu - stos, í - gi - tur pér - vi - gil ád - vo-
4. San - ctae sit Trí - a - di laus pi - a jú - gi-


1. los, Na - tú - rae frá - gi - li quos Pa - ter
2. lus, Con - cés - sis mé - ri - to pul - sus ho-
3. la, A - vér - tens pá - tri - a de ti - bi
4. ter, Cu - jus per - pé - tu - o nú - mi - ne
1. ád - di - dit Coe - lé - stis có - mi - tes, in - si - di-
2. nó - ri - bus, Ar - dens in - ví - di - a, pél - le - re
3. cré - di - ta Tam mor - bos á - ni - mi, quam re - qui-
4. má - chi - na Tri - plex haec ré - gi - tur, cu - jus in
1. án - ti - bus Ne suc - cúm - be - ret hó - sti - bus.
2. ní - ti - tur Quos coe - lo De - us ád - vo - cat.
3. é - sce - re Quid - quid non si - nit ín - co - las.
4. ó - mni - a Re - gnat gló - ri - a sáe - cu - la.



129. Angelice Patrone.






1. cóe-li-tus: Tu-o gra-tes a-mó-ri De-
2. sí-du-us; Hic pró-te-ge, tu-é-re, Ac-
3. lá-pi-dem Pe-des me-os of-fén-dam, Sed
4. dé-le-am; Cum á-ni-mam tre-mén-do Jam
1. léctor dí-ce-re, Quo si-ne no-lim
2. cén-de, dí-ri-ge; In-strú-e-re, do-
3. re-cto trá-mi-te Da fá-ci-lis ad-
4. si-stam Jú-di-ci, Ti-bi e-am com-
1. mo-ri, Nec au-sim ví-ve-re.
2. cé-re Me, do-ctor, sát-a-ge.
3. scén-dam Cul-men ju-stí-ti-ae.
4. mén-do, Tu mi-hi súb-ve-ni!

De SS. Apostolis Petro et Paulo.

130*. Decora lux aeternitatis.

Vesp. Rom. 1875.




1. sto - ló - rum quae co - ró - nat Prín - ci - pes,
2. sis il - le, hic per cru - cis vi - ctor ne - cem
3. cru - ó - re pur - pu - rá - ta cé - te - ras
4. ni - tá - te, quae gu - bér - nat ó - mni - a,
s
1. Re - ís - que in a - stra lí - be-
2. Vi - tae se - ná - tum lau - re-
3. Ex - cél - lis or - bis u - na
4. Per u - ni - vér - sa sáe - cu-
d
s
1. ram pan - dit vi - am.
2. á - ti pós - si - dent.
3. pul - chri - tú - di - nes.
4. ló - rum sáe - cu - la. A - - men.
d


131. O Roma nobilis.


VIII vel VII saec.*)



*) Ex Codice Vaticano, sect. XI, No. 3227.


1. Már - ty - rum Sán - gui - ne rú - be - a,
2. trí - bu - um Sé - de - ris ár - bi - ter,
3. có - no - mus In do - mo ré - gi - a.
1. Al - bis et Vír - gi - num Lí - li - is
2. Fa - ctus pla - cá - bi - lis, Jú - di - ca
3. Di - ví - ni mú - ne - ris Ap - pó - ne
1. cán - di - da, Sa - lú - tem dí - ci - mus
2. lé - ni - ter, Te - que pe - tén - ti - bus
3. fér - cu - la, Ut quae ex - plé - ve - rit
1. Ti - bi per ó - mni - a, Te be - ne - dí - ci-
2. Nunc tem - po - rá - li - ter, Fer - to suf - frá - gi-
3. Te sa - pi - én - ti - a, I - psa nos ré - ple-






De Sancto Aloysio.

132. Iste Confessor.

J. Mohr.





2. Só - bri - am du - xit si - ne la - be vi - tam,
3. Ae - gra quae pas - sim ja - cu - é - re mem - bra,
4. Cón - ci - nit lau - dem, ce - le - brés - que pal - mas,
5. Qui su - per coe - li só - li - o co - rú - scans,



2. Do - nec hu - má - nos a - ni - má - vit au - rae
3. Ví - ri - bus mor - bi dó - mi - tis, sa - lú - ti
4. Ut pi - is e - jus pré - ci - bus ju - vé - mur
5. To - tí - us mun - di sé - ri - em gu - bér - nat



2. Spí - ri - tus ar - - tus.
3. Re - sti - tu - ún - - tur.
4. O - mne per ae - - vum.
5. Tri - nus et u - - nus. A - - men.

*) Ita canitur in Festo; per Annum vero: Hac die laetus méruit suprémos — Laudis honóres.

133. Litaniae de S. Aloysio.*)

J. Mohr.



Fili Red. mun-di De - us. Mi - se - ré - re no - bis.
Spíritus san-cte De - us. Mi - se - ré - re no - bis.
Sancta Trin., u - nus De - us. Mi - se - ré - re no - bis.

*) „Non cantentur neque recitentur publice in ecclesiis, publicis oratoriis aut processionibus absque licentia et adprobatione Sacrorum Rituum Congregationis.“ *(S. C. Ind. 23. Aprilis 1860.)*



Sancta María.
Sancte Alo ýsi.
Exímie Jesu amátor.
Ardentíssime cultor sanctíssimi Altáris Sacraménti.
Cliens Maríae piíssime.



Sanctórum Angelórum imitátor.
Generosíssime contémptor vanitátum mundi.
Exémplar lucidíssimum modéstiae.
Patróne lectíssime christiánae juventútis.
Spéculum custódiae sénsuum.



Aloýsi castíssime.
Aloýsi obediéntíssime.
Aloýsi humíllime.
Aloýsi mitíssime.
Aloýsi patientíssime.
Aloýsi mortificatiónis studiosíssime.



Amátor oratiónis et sacrae meditatiónis.
Zelátor animárum in viam virtútis ducendárum.
Sacrae dilectiónis martyr.
Pro Jesu mori paratíssime.
Práepotens tuam intercessiónem invocántium advocáte.
Singuláris patróne castitátis.











Pater noster (secreto).

℣. Ora pro nobis, sancte Aloýsi.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.


Oremus. Coeléstium donórum distribútor Deus, qui in Angélico júvene Aloýsio miram vitae innocéntiam pari cum poeniténtia sociásti: ejus méritis et précibus concéde, ut innocéntem non secúti, poeniténtem imitémur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

134. Eja, Deo accinamus.

J. Mohr.








1. su - pe - rá - sti, De in - fér - no tri - um-phá - sti,
2. e - va - sí - sti, Hoc te scu - to pro - te - xí - sti:
3. sum se - cú - rus, Dum fre - quén - ter sum di - ctú - rus:
1. In - cly - te, ín - cly - te, Vi - ctor tu cla-
2. Quid est hoc, quid est hoc Ad ae - tér - na
3. Quid est hoc, quid est hoc Ad ae - tér - na
1. rís - si - me! In - cly - te, ín - cly - te,
2. gáu - di - a! Quid est hoc, quid est hoc
3. gáu - di - a! Quid est hoc, quid est hoc
1. Vi - ctor tu cla - rís - si - me!
2. Ad ae - tér - na gáu - di - a!
3. Ad ae - tér - na gáu - di - a!

135. Salvete centies.

1750.




2. Sal - vé - to, lí - li - um Can-dens con-vál - li-
3. Tu de - cus vír - gi - num, Et ho - nor jú - ve-
4. In - ter so - dá - li - um Coe - tus es ó - mni-
5. In - ter ter - rí - ge - nas Men - tis in - té - gri-



2. um, Flos pa - ra - dí - si! Tu
3. num, Flos pa - ra - dí - si! Can-
4. um, Flos pa - ra - dí - si! Quod
5. tas, Flos pa - ra - dí - si! Te



2. coe - li gáu - di - um, Ter - rae de - lí - ci-
3. dó - rem vír - gi - ni, Pu - dó - rem jú - ve-
4. in - ter vál - li - um Spi - nas est lí - li-
5. fe - cit án - ge - lum, Vir - tú - te cóe - li-



2. um, O A - lo - ý - si!
3. ni Da, A - lo - ý - si!
4. um, O A - lo - ý - si!
5. tum, O A - lo - ý - si!

De S. Stanislao Koska.

Iste Confessor.

(Habes pag. 303.)

136. O juvenis angelice.

J. Mohr.




2. Tu ca - sti - tá - tis lí - li - um, O
3. Ci - bus coe - lé - stis ín - ti - me, O
4. Ad - háe-rens Ma - tri Vír - gi - ni, O
5. Pa - tró - ne dul - cis jú - ve - num, O

---

*) Si hoc carmen in honorem S. Stanislai cantatur, in fine singulorum versuum cantabis: O Stanisláe!


1. san - cte Sta - nis - lá - e, Tu - os cli - én - tes
2. san-cte Sta-nis - lá - e, Tu pu - ri - tá - tis
3. san-cte Sta-nis - lá - e, Fir - má - vit et for-
4. san-cte Sta-nis - lá - e, Cal - cá - sti vim di-
5. san-cte Sta-nis - lá - e, De coe - lo fer au-
1. ré - spi - ce, O san-cte Sta-nis - lá - e! Per
2. spé - cu - lum, O san-cte Sta-nis - lá - e! A
3. má - vit te, O san-cte Sta-nis - lá - e! Hac
4. á - bo - li, O san-cte Sta-nis - lá - e! E-
5. xí - li - um, O san-cte Sta-nis - lá - e! Fra-
1. ju - ven - tú - tis stá - di - um Fac nos se - qui te
2. sór - di - bus abs - tér - re nos, Au - dí - tum, os, cor,
3. e - sca nos fac stá - bi - les, Hoc fon - te tu - i
4. jús - dem Ma - tris fí - li - os Fac nos tu - té - lae
5. tér - no te - cum vín - cu - lo Nos jun - gas et con-


1. práe-vi - um; O Ko - ska, . au - di nos Fra-
2. ó - cu - los;
3. sí - mi - les;
4. cón-sci - os;
5. sór - ti - o;
O Ko - ska, au - di nos Fra-
1. tres et áe-mu - los!
2-5. tres et áe-mu - los!

V.

Cantica et Preces ad Missam privatam.

Una oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos.

Hebr. X, 14.

Praenotanda.

1. Diebus festis ac tempore Adventus etc. apte sub initium et finem Missae cautiones de Tempore aut de Festis inscriptae deliguntur, quae iisdem sint accommodatae.

2. Canticis autem adduntur precum formulae, ut per ea intervalla, quibus non vocibus, sed solo canitur organo, juvenes latini sermonis guari sua quisque pietatis sensa nutriant, memores cum aedium, tum vero sacrificii sanctitatis.

Missa privata I.

I. Ad Initium Missae.

Suscipe, sancta Trinitas, unus Deus, hoc sanctum sacrificium corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi, quod ego indignus servus tuus una cum sacrificiis omnibus tibi umquam oblatis aut offerendis, unitum sanctissimo sacrificio ab eodem Domino nostro in ultima coena et ara Crucis oblato, per manus sacerdotis offero divinae majestati tuae omni pietatis affectu, secundum sanctissimam ejusdem Domini nostri et sanctae matris Ecclesiae intentionem:

1. Ad majorem divinae majestatis tuae gloriam,
2. In protestationem supremae excellentiae tuae nostraeque sub tuo dominio subjectionis,
3. In perpetuam commemorationem passionis ac mortis ejusdem Domini nostri,
4. In honorem augmentumque gloriae beatae Virginis totiusque Curiae triumphantis,
5. In gratiarum actionem pro omnibus beneficiis sanctissimae humanitati Domini nostri, beatae Virgini, matri ejus, patronis meis omnibusque beatis, et mihi indigno servo tuo adhuc collatis aut conferendis,


6. In satisfactionem peccatorum meorum omniumque Fidelium sive vivorum sive defunctorum.

7. Singulariter offero pro hac . . . gratia obtinenda, tum pro his N. N., qui mihi peculiariter commendati sunt, aut pro quibus orare soleo et teneor, ad impetrandam defunctis requiem vivisque gratiam te agnoscendi, amandi, glorificandi nunc et in perpetuum.

8. Suscipe et perfice hoc desiderium meum, uberemque ad pie id complendum gratiam et benedictionem largire. Amen.

II. Ad Introitum, Kyrie etc.

1635.







III. Ad Collectas.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere et in potentia majestatis adorare Unitatem: quaesumus, ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis.

A cunctis nos, quaesumus, Domine, mentis et corporis defende periculis; et intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum beato Joseph, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus Sanctis, salutem nobis tribue benignus et pacem, ut, destructis adversitatibus et erroribus universis, Ecclesia tua secura tibi serviat libertate.

Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse praenoscis, te supplices exoramus: ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuae clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

IV. Ad Epistolam etc.

1669.





V. Ad Offertorium.


Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi et gloriosae Virginis, in memoriam et in laudem immensae caritatis tuae, qua te nobis totum in altari Crucis impendisti, tam hoc missae sacrificium, quam alia omnia, quae per sacerdotum manus toto orbe celebrantur hodie, offero tibi repraesentanda aeterno Patri tuo, in unione et efficacia illius oblationis, qua ipse in Cruce moriens sacrosanctum corpus et sanguinem tuum pro mundi salute obtulisti.

Fac, ut ejusdem corporis et sanguinis tui oblatio, quae in mysterio hic renovatur, et incruento modo sub specie panis et vini peragitur, fructum suum efficaciter obtineat: ut vivi inde gratiam, defuncti requiem, ii, pro quibus sacrificium offertur, misericordiam ac vitam consequantur aeternam.

Sit idem sacrificium, quod fructum passionis et mortis tuae in se continet, pro innumeris beneficiis tuis in nos collatis gratiarum actio, pro infinitis peccatis commissis, bonis omissis poenisque promeritis propitiatio et satisfactio salutaris. Qui vivis et regnas etc.







VI. Ad Praefationem.

1707.





VII. Ad Canonem.

Clementissime Pater, suscipe hoc sacrosanctum sacrificium de manu sacerdotis, in unione sacrosancti illius sacrificii, quod tibi dilectus Filius tuus tota vita, in ultima coena, in Cruce obtulit pro me, pro N. N. et omnibus, qui tua nunc gratia maxime indigent.

Respice in faciem Christi, dilecti Filii tui, in quo tibi complacuisti, et per aeternam dilectionem, qua nos diligis; per infinita merita ejusdem Unigeniti tui; per ejus incarnationem, adventum, nativitatem, circumcisionem, lacrimas, labores, passionem, mortem; per infinitam denique caritatem, qua tanta pro me fecit, dixit ac perpessus est: per merita etiam Sanctorum omnium triumphantium et militantium, memento et miserere Ecclesiae tuae, summi Pontificis, Praelatorum, Principum, omnium statuum ecclesiasticorum, religiosorum, saecularium, qui maxime possunt gloriae tuae et saluti animarum prodesse vel obesse.

Parentum item, fratrum, benefactorum et amicorum meorum, qui se mihi singulariter commendarunt (N. N.), eorum quoque, qui me contristaverunt, quos ego contristavi, offendi, juvare neglexi, quos per me in viam salutis vis dirigere,

Horum omnium miserere, Pater misericordiarum, gratiam iis concedens, ut tibi placeant, ut te agnoscant, timeant, ament, glorificent cum eodem dilecto Filio tuo et Spiritu sancto, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

VIII. Ad Elevationem.

Ad elevationem s. hostiae.

Salve, salutaris victima, pro me et omni genere humano in patibulo Crucis oblata! Christe Jesu, rex aeterne, homo crucifixe propter hominem! Respice sacratissimam carnem tuam pro me Cruci clavis affixam et lancea perforatam! O clemens, o pie, o dulcis Jesu, Fili Mariae, miserere mei!


Ad elevationem calicis.

Salve, nobilissime sanguis, de latere Domini mei Jesu Christi profluens omnisque sive veteris sive novae culpae maculas diluens: ablue, sanctifica et custodi animam meam in vitam aeternam! Amen!

IX. Post Elevationem.

J. Mohr.





X. Ad Commemorationem Defunctorum.

Rogamus te, Domine, sancte Pater, pro animabus fidelium defunctorum, ut sit illis salus, gaudium et refrigerium hoc magnum pietatis sacramentum.

Domine Deus meus! sit illis hodie magnum et plenum convivium de te, pane vivo, qui de coelo descendisti et das vitam mundo, de tua carne videlicet sancta et benedicta, quae de Spiritu sancto est concepta, ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo sacratissimo latere emanavit: ut exinde refecti et satiati, refrigerati et consolati, exsultent in laude et gloria tua. Amen. (S. Ambrosius.)

XI. Ad Agnus Dei etc.

Ecce adsto pauper et inops ad mensam magni regis et amantissimi Patris mei et tuam, Christe Jesu; et credo tibi, o aeterna

veritas, quod vere e summo coelorum ad verbum sacerdotis, ut me visitares, venire dignatus es. Verumtamen, conscius infirmitatis, meae et peccatorum meorum, non audeo sacramentaliter suscipere te; sed dico cum centurione, cujus servum absens, uti alios plurimos, sanasti: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea. Munda eam a malis ejus et imperfectionibus (N.), orna bonis et virtutibus (N.), corpore et sanguine tuo pasce, ut sicut catellus comedat de mensa Domini sui, et adipe ac pinguedine coelestis benedictionis repleatur. Amen.





XII. Post Communionem.

Omnipotens Pater, qui sic dilexisti mundum, ut Filium tuum unigenitum dares, ut omnis, qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam aeternam: per hunc dilectum Filium tuum, cujus beatissimam passionem, et gloriosam resurrectionem, et in coelos adscensionem in hoc sanctissimo sacrificio recolui, te oro, educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo.

Libera me a vinculis peccatorum; et, quem propria merita faciunt lethalem timere sententiam, per hujus dilecti Filii tui ad dexteram tuam sedentis interpellationem restaura placatus ad vitam.

Quem enim alium dirigam intercessorem tibi, nescio, nisi hunc, qui est propitiatio pro peccatis nostris, qui sedet ad dexteram tuam, interpellans pro nobis, advocatus meus apud te, Deum Patrem, pontifex summus, non alieno, sed proprio perfusus cruore, hostia sancta, beneplacens et perfecta, in odorem suavitatis oblata et accepta, Agnus sine macula, qui peccatum non fecit, sed peccata nostra pertulit et languores nostros suo livore sanavit.

Adspice, mitissime Pater, dilecti Filii tui humanitatem et miserere super infirmi plasmatis debilitate. Vide Redemptoris supplicium et redempti dimitte delictum.

Oro te, rex sanctorum, per hunc sanctum sanctorum, per hunc Redemptorem meum, fac me currere viam mandatorum tuorum, ut ei valeam spiritu uniri, qui mea non horruit carne vestiri, Jesus Christus in saecula benedictus. Amen. (S. Augustinus.)


143. 1. Prostrá - ti ad al - tá - re, Pre - cá-mur, Dó-mi-
2. O Ma - ter vir - gi - ná - lis, Tu - é - re fí - li-
1. ne, Te súp - pli - ces: di - gná - re Nos
2. os, Si ho - stis in - fer - ná - lis Im-
1. be - ne - dí - ce - re. Praesér - vet a de - lí - ctis Haec
2. mít - tit lá - que - os. Fac, si - mus pu - ra men - te Per
1. be - ne - dí - cti - o, Jun - gát - que be - ne-
2. tu - a mé - ri - ta, Va - dá - mus te du-



XIII. Ad Finem Missae.

Ecce, o Pater aeterne, mactata jam est salutis hostia, quam tu de coelis misisti in terram. Placeat tibi, quaeso, quia hic est ipse Filius tuus, in quo tibi bene complacuisti. Agat nunc, quaeso, officium mediatoris et advocati, ubi sedet ad dexteram tuam, et interpellat pro nobis. Memento omnis patientiae, caritatis et mansuetudinis ejus, et me orantem in nomine dilecti Filii tui exaudire digneris, quia ipse dixit: Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Hoc unum peto, Domine: placeat tibi hoc sacrificium ad majorem gloriam nominis tui, prosit mihi et fidelibus tuis vivis et defunctis ad salutem aeternam. Amen.

Missa privata II.

I. Ad Initium Missae.


O Pater aeterne, qui sic dilexisti mundum, ut Filium tuum unigenitum dares pro redemptione nostra, quid pro tanto munere et amore tibi retribuam? Ecce ipsum Filium tuum unigenitum, quo nihil tibi carius, nihil nobis pretiosius!

O quot suspiriis, quam ardentibus votis desideratus ipse fuit a cunctis gentibus! quoad tandem missus a te formam servi accepit et, mortali carnis nostrae tunica indutus, majestatem Deitatis obtexit, deque Virginis utero in mundum prodiit et, tibi factus obediens usque ad mortem, nos ab aeterna morte redemit

Ecce, Domine, tam immensae caritatis opus in hoc Missae sacrificio in tuam gloriam et Filii tui memoriam recolere cupio. Tu, quaeso, Domine, posside ac rege cor meum gratia tua, ut pie, religiose ac decenter id faciam, ut placeat tibi obsequium meum et prosit animae meae. Amen.

II. Ad Introitum, Kyrie etc.





III. Ad Collectas.

Exaudi, Deus, preces Ecclesiae tuae sanctae tibi in nomine dilectissimi Filii tui, Domini nostri Jesu Christi, humiliter supplicantis, ut tuam nobis dexteram porrigas, quae omnia mala avertat et in tua nos gratia confirmet.

Domine Jesu Christe, qui de coelis ad terram de sinu Patris descendisti et sanguinem tuum pretiosum in remissionem peccatorum fudisti, te humiliter deprecamur, ut in die judicii ad dexteram tuam audire mereamur: „Venite, benedicti!“ Qui vivis et regnas etc. Amen.


IV. Ad Epistolam etc.


1657.











V. Ad Offertorium.

Suscipe, sancte Pater, hoc sacrificium tibi oblatum in debitam majestatis tuae adorationem et in scelerum nostrorum expiationem, indeque, qua es infinita benignitate, fac, ut ad nos largissima dona cum ad animorum tum ad corporum salutem necessaria redundent.

Praeterea, Domine, Filii tui ardentissimo amori purissimaeque voluntati, qua in Cruce pro nostra salute se sacrificavit, conjunctus, una cum hoc sacerdotis sacrificio me ipsum totum tuo honori et obsequio dedico; et loco meae exiguae dignitatis atque hujus meae parvae devotionis, offero tibi profundam illam humi-

litatem, caritatem, puritatem, quibuscum veneranda Mater Jesu Christi omnesque fideles famuli tui huic sacrificio interfuere, quibusque ornata tua sancta Ecclesia catholica etiamnunc ubique terrarum sacrum facit. Amen.

J. Mohr.





VI. Ad Praefationem.

1773.



VII. Ad Canonem.

O Deus ineffabilis, jam incipiunt illa tremenda mysteria, quae nec Cherubim nec Seraphim nec ullae Virtutes coelorum plene valent comprehendere, cum tibi soli cognitum sit, cum quanta amoris magnitudine te in dies pro salute fidelium Deo Patri super altari in hostiam laudis et placationis offeras. Ideoque haec sacrosancta arcana universi Angelorum ordines summa demissione venerantur, cum regem suum et Dominum, qui olim hominem redempturus summo amore descenderat, nunc iterum videant pro salute ejusdem hominis ineffabili quodam modo super altare descendere atque sub vilissimas panis et vini species se abdere.

Utinam, piisime Jesu, in hoc opere tuo te adjuvare efficereque possem, ut haec oblatio sacratissima secundum dignitatem suam plenum sortiretur effectum! Certe libentissime quantumcumque difficili labore ad hoc inservire vellem. Rogo ergo te, da sacerdoti tuo, ut tali dignitate te tractet et offerat, ut haec oblatio omnibus fidelibus vivis atque defunctis summopere prodesse valeat. Amen.

VIII. Ad Elevationem.

Ad elevationem s. hostiae.

Christi Corpus, ave, sancta de Virgine natum,
Viva caro, Deitas integra, verus homo
Salve, vera salus, via, vita, redemptio mundi,
Liberet a cunctis nos tua dextra malis.


Ad elevationem calicis.

Christi sanguis, ave, coeli sanctissime potus,
Unda salutaris, crimina nostra lavans.
Sanguis, ave, lateris Christi de vulnere sparse,
In Cruce te pandens unda salubris, ave!

IX. Post Elevationem.



*) Hunc cantum in nova Manualis editione invenies.


1. tas, Quae sub his fi - gú - ris ve-re lá - ti-
2. ni, Pa-nis vi - vus, vi - tam praestans hó-mi-
3. o, O-ro, fi - at il - lud, quod tam sí - ti-
1. tas; Ti-bi - se cor me - um to-tum súb-ji - cit,
2. ni, Praesta me-ae men - ti de te ví - ve - re,
3. o: Ut, te re-ve-lá - ta cernens fá - ci - e,
1. Qui - a te con-tém - plans to - tum dé - fi - cit.
2. Et te il - li sem - per dul - ce sá - pe - re.
3. Vi - su sim be - á - tus tu - ae gló - ri - ae.
3. A - - men.

X. Ad Commemorationem Defunctorum.

Miserere, infinitae misericordiae Deus, omnium quae in loco poenarum purgantur animarum. Perveniant tandem aliquando ad sedem majestatis tuae quos emittunt gemitus; audiatur ardentissimum eorum desiderium. Ut vero debito, cui obstringuntur divinae justitiae tuae, plane satisfiat, offero tibi quidquid carissimus Filius tuus in terris perpessus est. Pro eis, qae ab illis neglecta sunt, suscipe abundantiam Christi meritorum; quae ab illis tibi inferebantur injuriae, pro his acceptos habe Jesu dolores et vulnera et tormenta; quas adhuc non dederunt poenas, eas exstingue propter Jesu mortem. Ipsius sanguis pretiosissimus, qui nunc in altari praesens est, sit illis, quaeso, ad piaculum, requiem, refrigerium. Ostende illis, Domine, quam sis immensae misericordiae et incredibilis bonitatis, atque locum praebe aeternae recreationis, ubi cum Sanctis omnibus te sine fine laudent et efferant. Amen.

XI. Ad Agnus Dei etc.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, firmissima fide credo et profiteor, te hic corporaliter et substantialiter praesentem in altari, hostiam veram et vivam immolari, qui pro me natus, passus, in Cruce immolatus ac mortuus fuisti. Te ergo, Deum meum et Creatorem ac Redemptorem meum, supplex adoro et veneror, ac divinae majestati tuae corde humili et contrito me prosterno. Et per tuam misericordiam ac merita infinita spero remissionem omnium peccatorum, de quibus sincere doleo propter te, Deum meum, summum bonum offensum, quod amo super omnia.


O Deus animae meae, gaudeo de ineffabili gloria et perfectione tua. Utinam te una mecum omnes creaturae, ut par est, agnoscant, ament, glorificent! Id certe ego in posterum desidero, et amore tui me ac mea omnia tibi humillime offero propter infinitam bonitatem et beneficia tua, pro quibus te laudo et benedico, nec aliud quidquam ulterius abs te peto et rogo, quam ut tecum unus spiritus efficiar; et quia sacramentali communione tibi nunc uniri non possum, transforma me nihilominus totum in te, ut vivam ego, jam non ego, vivas vero tu in me et ego in te, et maneas mecum, nec a te umquam separari me permittas, qui vivis et regnas etc. Amen.

1490.



149. 1. Desí - de - ro, mi Je - su, Hoc An - ge - ló - rum
2. Hic ci - bus nu - tri - mén - tum, Hic po - tus a - li-
1. e - su Ut me re - fí - ci - as. Fac, Je - su mi be-
2. mén - tum Sit me - ae á - ni - mae; Det grá - ti - am dum
1. ní - gne, Ac - cé - dam sem-per di - gne Ad
2. spi - ro, Sit in a - gó - ne di - ro Pi-
1. has di - ví - nas é - pu - las.
2. gnus fu - tú - rae gló - ri - ae.

XII. Post Communionem.

Ecce, Pater coelestis, ex altari tuo transmittit tibi sancta mater Ecclesia hostiam istam dignissimam, quam tu olim misisti immolandam pro nobis. Illam ergo suscipere digneris amore illo, quo Filium tuum in Adscensione revertentem, tibique omnem fructum humanitatis suae gloriosaque carnis suae vulnera praesentantem suscepisti. Ne recedant, piissime Pater, ab oculis tuis cicatrices ejus in perpetuum, ut memineris, quantam ab eo pro peccatis nostris satisfactionem acceperis. Igitur virtute hujus oblationis incruentae miserere mei et omnium peccatorum, cunctorumque fidelium vivorum ac defunctorum; da illis gratiam et misericordiam, remissionem peccatorum et vitam aeternam. Amen.







2. térquam ut te cá - pi - at.
3. do - no me - o tu - a sunt.
4. sci - o, quod a - má - tor sis.
5. cé - te - ra sunt só - mni - a. A - men.

XIII. Ad Finem Missae.

Domine Jesu Christe, qui adscendens in coelum omnium animos evocasti ad coelestia et nobis maximam spem illa consequendi dedisti, ecce nunc quoque viva hostia missus es et oblatus pro nobis Patri. Cogita, quaeso, de nobis et benedic animis nostris, ut non ad captandam hujus vitae vanissimam jucunditatem, sed ad regni perennis beatitudinem consectandam e domo sancta tua discedamus; ut coelestia potius quam terrena desiderantes corpore revertamur ad nostra, mente vero tibi uni, omnium conditori, consociati numquam a te divelli nos ac distrahi patiamur. Denique praesta, ut cum omnibus fidelibus christianis tremendi judicii die in illa bonorum multitudine laeti sub adspectum tuum venire possimus, qui vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Missa privata III.

I. Ad Initium Missae.

Clementissime Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui sic mundum dilexisti, ut Filio tuo unigenito non parceres, sed eum in passione ac morte acerbissimae Crucis nostrae reparationi impenderes, quin etiam ejus oblationem tibi gratissimam, ad communicandos illius nobiscum fructus, in Ecclesia tua quotidie renovari velles: tribue nobis, quaesumus, huic tam admirando et salutari divinae tuae potentiae mysterio tam attente, reverenter et devote interesse, ut cruenti illius sacrificii participationem, per hujus incruenti oblationem, quam efficacissime consequi valeamus. Per eumdem Dominum.

II. Ad Introitum, Kyrie etc.





III. Ad Collectas.

Audiat summa potentia tua, aeterne Deus, quas pro salute populi tui ad te mittit preces sacerdos, famulus tuus; eam nobis tribue gratiam, ut et quae vere nobis sint saluti a te petamus, et petita semper a tua caritate impetremus. Per Dominum etc.

Adesto, Domine, sanctae Ecclesiae tuae, ut insidias ei ab hostibus paratas destruas, nosque ipsos illa duce cum libera securitate ad patriam aeternam perducas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

IV. Ad Epistolam etc.

J. B. Benz.






1. Je - su! Te se-qué-mur, tra-he nos
2. Je - su! Dé-di-ti Ec-clé-si-ae,
1. Cré-du-los ac sér-vu-los! Te col-lau-
2. Ve-ri-tá-tis Ré-gi-ae. Te col-lau-
1. dá-mus, In te spe - rá-mus; A-
2. dá-mus, In te spe - rá-mus; A-
1. má-mus te, Dul-cís-si-me O Je - su!
2. má-mus te, Dul-cís-si-me O Je - su!

V. Ad Offertorium.

Suscipe, sancte Pater, aeterne Deus, ex manibus sacerdotis, quod nomini tuo jam praeparamus et sub speciebus panis et vini mox immolaturi sumus sacrificium corporis et sanguinis dilectissimi Filii tui, servatoris nostri J. Ch., cujus beatam passionem ac salutarem mortem recolentes mystice renovamus.

Offero tibi illud una cum omnibus sacrificiis tibi gratissimis universisque sanctae Ecclesiae meritis, ad confitendam tuam summam majestatem nostramque servitutem.

Offero illud ad gratias tibi referendas pro omnibus donis in me aliosque homines collatis.

Offero tibi illud ad impetrandas cum mihi tum omnibus hominibus necessarias ad salutem gratias.

Offero denique hanc memoriam salutis nostrae, ut satisfiat majestati tuae, quae et a me, abjecto peccatore, et ab omnibus hominibus inde ex origine mundi usque ad hanc horam toties et tam graviter offendebatur.

Cum hoc sacrificio trado tibi, Pater coelestis, me totum, quidquid habeo, quidquid valeo. Suscipe me servum tuum in aeternum. Amen.

Subvenite mihi, Sancti Dei, sociate mecum vestras preces, ut quod offero sacrum, Deo sit quam acceptissimum, mihi vero, universae Ecclesiae, vivis atque defunctis, quam utilissimum. Amen.




1. tú - ra, Te omnis cre - a - tú - ra Coe - lí - que cé - le-
2. crá - ti, Ti - bí - que con-se - crá - ti Vi - vé-mus sán-cti-
1. brant. Nos quoque te lau - dá - mus Per al-mam hó - sti-
2. us. Vir - tú - ti - bus San - ctó - rum Plebs tu - a fló - re-
1. am, Et súp - pli - ces pla - cá-mus, Et súp - pli - ces pla-
2. at, Spe - ctá - cu - lum coe - ló - rum, Spe - ctá - cu-lum coe-
1. cá - mus Tu - am ju - stí - ti - am.
2. ló - rum Or - bis re - fúl - ge - at!

VI. Ad Praefationem.

1675.



VII. Ad Canonem.

Etiam atque etiam te rogo, Pater benignissime, ut, suscepto per Jesum Christum hoc sacrificio, nobis benedicas. Imprimis largitatis tuae dona in Ecclesiam tuam effunde, ut per universum orbem terrarum a te protegatur, regatur et concors conservetur. Tuere et guberna famulum tuum, Papam nostrum N. et Episcopum N. omnesque sanctae Ecclesiae sacerdotes. Revoca miserrimos istos, qui cum periculo aeternae salutis vel a doctrina vel a disciplina Ecclesiae aberraverunt. Praeterea commendo liberalitati tuae mihi caros N. N.; commendo tibi benefactores, amicos et inimicos; commendo tibi eos, qui morti proximi sunt et qui peccandi periculo exponuntur. Omnibus omnia animi corporisque bona tribue. Amen.

Incipit tremendum mysterium, non minus infinitum quam ipse Deus, quippe quod nemo homo, nemo Angelus comprehendat. Tu enim solus, Jesu, nostrarum amator animarum, cognitum habes, cum quanto amore, sicut in uterum Virginis descendisti, ita in terram quotidie descendens in altari te Deo Patri immoles. Utinam tui, sponse animarum, desiderio prorsus tabescam parique te exspectem fervore, quo sancti patres olim „Rorate, coeli" clamavere. Occurram tibi, Domine, cum eadem festinatione, qua pueri Hebraeorum tibi Hierosolymam ingredienti obviam ierunt; salutabo te et ego cum laetitia et exsultatione. Procidam coram te, tuam adoraturus majestatem, tuos osculaturus pedes, tuam imploraturus misericordiam, praedicaturus benignitatem, admiraturus pulchritudinem. Veni, Jesu! veni, gaudium! veni, solatium meum! Amen.

VIII. Ad Elevationem.

Ad elevationem s. hostiae.

Ave, Corpus Christi, natum de Maria Virgine, vere passum, immolatum in Cruce pro homine! Esto mihi praegustatum mortis in examine. O dulcis, o pie Jesu, Fili Mariae, esto mihi Jesus et salva me! Amen.

Ad elevationem calicis.

Ave, sanguis Jesu Christi in hoc sacro calice, qui in Cruce profluxisti ex aperto latere, et ab omni abluisti totum mundum crimine. Ablue, sanctifica et custodi animam meam in vitam aeternam. Amen.

IX. Post Elevationem.

M. Haydn.



[redacted]

X. Ad Commemorationem Defunctorum.

Emitte lucem tuam, Domine, ad fratres nostros in loco sollicitudinis, poenitentiae et caliginis versantes, qui beato adspectu claritatis tuae adhuc carent. In specie misericordiam illis imploro, quibus vel caritate vel officio obligatus sum (N. N.); praeterea illis, quorum nemo amplius memor est quive liberationi sunt proximi. Ipsos et ceteros in Christo defunctos vinculis liberatos ad regnum claritatis tuae perducas.

Sed nos quoque miserrimi peccatores, fac, ut aliquando, intercessione beatissimae Virginis et omnium Sanctorum vique meritorum in Ecclesia depositorum, beati aeterno aevo fruamur simul cum omnibus a te electis. Amen.

XI. Ad Agnus Dei etc.

Sum utique indignus, Domine Jesu Christe, cujus in animam intres; inquinatus enim sum permultis sceleribus. Ea autem vehementer dolens, si reapte vereque non possum, mente tamen animique desiderio cupio corpus tuum suscipere. Ergo veni in cor meum ibique majestati tuae ornatissimam habitationem praepara.

Quam pulcher es, a me electe, quam bonus, quam amabilis! O unicae deliciae, o vita, o gaudium, o summa jucunditas! Complector te quam possum vehementissima caritate: nam tu es fons bonitate et aeterno amore abundantissimus, origo omnis pulchritudinis absoluta. Ecquid tandem abs te me separabit? Voluptasne brevis, opes caducae, honorum vanitas, nugae terrarum? Nihil, omnino nihil me amplius a te separabit, nec praesentia nec futura, neque mors neque ulla fortuna. Dona mihi gratiam tuam, ut quam brevissimo tempore cum convenienti perfectaque devotione ss. sacramentum tuum sumam, quo sanentur omnes plagae animo meo peccatis inflictae; tu jam medearis, rogo, toti fragilitati meae et ab omnibus periculis me tuearis. Amen.

J. Mohr.




1. ris, In - dí - gnum me fa - vó - re Quan-
2. lum; In quo nil sit ob - scóe - ni, Fac
1. to pro - sé - que - ris: Ex tu - a quan - do
2. ti - bi fér - cu - lum; Vir - tú - ti - bus or-
1. men - sa, O Cá - ri - tas im - mén - sa, Mor-
2. ná - tum, Et ca - ri - tá - te strá - tum, Me
1. tá - li - bus im - pén - sa, Te das et sú - me - ris?
2. ti - bi praepa - rá - tum Fac ta - ber - ná - cu - lum.

XII. Post Communionem.

Obtulit tibi, Pater coelestis, sacer populus tuus sacrosanctam hostiam, qua olim in Golgotha monte immolata totius mundi iniquitatem remisisti. Ne recedant a conspectu majestatis tuae cicatrices Filii tui, ut quanto pretio redempti simus, numquam immemor nos semper placatus accipias. Miserere mei ob hanc pretiosissimam hostiam, et concessa mihi gratia, misericordia, peccatorum remissione, perducas me ad aeterna gaudia.

Domine Jesu, servator animarum mundique liberator, me famulum tuum ante majestatem tuam prostratum noli aspernari. Qui benedicis benedicentibus tibi et tibi confidentes sanctos reddis, tuere populum tuum, benedic mihi et universo redemptorum gregi, in nomine † Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

XVII. saec.






1. tér-no i-gne pér-e-unt: Ex cru-cis li-gno
2. rae si-tis sup-plí-ci-um Tu-lí-sti, cla-vos,
3. sae-va pro-pter tár-ta-ra, Nec práe-mi-i ul-
1. gér-mi-nat, Qui pe-ctus a-mor óc-cu-pat, Ex-
2. lán-ce-am Mul-támque i-gno-mí-ni-am, Ad
3. lí-us spe: A-mó-re so-lum a-mo te, A-
1. pán-sis un-de brá-chi-is Ad te a-mándum ár-ri-pis.
2. mortem us-que propter me, Qui míl-li-es of-fén-di te.
3. má-bo te in sáe-cu-lum, Te Deum, Regem, Dó-mi-num.
A-men. A-men.

VIII. Ad Finem Missae.

Respice, clementissime Deus, ad sacrificium, quod in honorem nominis tui, pro salute vivorum ac defunctorum modo obtulimus. Iram tuam a me remove, gratiam omnium virtutum concede, ex omnibus malis me potenter eripe, et quidquid negligentiae in sacra actione commisi, mansuete indulge. Sic nos in hoc mundo tuis praeceptis inhaerentes redde, ut aliquando tecum in aeternum regnemus, Deus noster, cujus nomen amplissimum, cujus honor et imperium permanet per omnia saecula. Amen.

Missa privata IV.

I. Ad Initium Missae.

O Jesu infinite amabilis! qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, non semel tantum te mihi in socium, edulium, sacrificium, pretium, praemium dare dignatus es, sed quotidie denuo offerre dignaris: quanta tua est erga me ingratum liberalitas, caritas, misericordia! quanta mea erga te ingratitudo, stupiditas, malitia, qui tot et tanta mala atque peccata reddo pro tot et tantis bonis! Doleo de his.. et omnibus totius vitae peccatis, propter te infinite bonum a me offensum. Cupio omnia emendare et pro omnibus satisfacere, sicut vis. Supple, ignosce, recipe me in pacis osculum per lacrimas, sudorem et sanguinem tuum et hoc sanctum sacrificium.

O si divino huic memoriali passionis, monumento potentiae, sapientiae ac bonitatis tuae, et compendio omnium mirabilium tuorum assistere possem ea attentione, devotione, reverentia, quam exigit tuae divinae majestatis praesentia, tot Angelorum assistentium frequentia, tot mysteriorum, quae hic geruntur, magnificentia!

Desidero id praestare, mi Deus, ex totis praecordiis meis, ad maximam tuam gloriam, amorem, beneplacitum, in gratiarum actionem omnium beneficiorum, in satisfactionem peccatorum meorum omniumque fidelium, pro his (N. N.) omnibusque vivis et defunctis, ad impetrandam iis veniam, gratiam, gloriam.

Quod ut digne praestare possim, da, obsecro, copiosam mihi gratiam et benedictionem, per merita tua, beatae Virginis, Matris tuae, et omnium Sanctorum. Amen.

II. Ad Introitum, Kyrie etc.





III. Ad Collectas.

Omnipotens, sempiterne Deus, te suppliciter exoramus, ut respicere digneris de excelso sanctuario tuo super congregationem nostram, Ecclesiaeque tuae preces pro nobis omnibus ad te sacerdotis tui ministerio destinatas clementer acceptes et exaudias. Ideoque pro immensa tua misericordia largiaris nobis peccatorum nostrorum veniam, integritatem mentis, incolumitatem corporis, necessariam vitae sustentationem, pacem in diebus nostris, aëris temperiem, fertilitatem terrae, Catholicae fidei unitatem, exstirpationem omnium haeresum, consiliorum impiorum destructionem, verae orthodoxaeque religionis incrementum, caritatis ac pietatis fervorem, sinceram animi devotionem, tolerantiam longanimitatemque in afflictionibus, in spe gaudium et laetitiam; omnia denique ad salutem cum animae tum corporis utilia, et ad tuae imprimis gloriae augmentum idonea. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus etc. Amen.

IV. Ad Epistolam etc.

(Actus Fidei, Spei et Caritatis.)

1649.





1. mís - si - me; Cre - do quod A - po - stó - li - ca Fi-
2. tís - si - me; Ad o - mnem o - pem pro - nus es, Nam
3. tís - si - me; O sum-mum vi - tae gáu - di - um: A-
1. des do - cet Ca - thó - li - ca. In i - sta fi - de
2. in - fi - ní - te bo - nus es. Per tu - ae Cru - cis
3. má - re De - i Fí - li - um! De - us me - us et
1. gló - ri - or, In i - sta fi - de mó - ri - or, Pro
2. mé - ri - ta Spe - ro sa - lú - tis mé - di - a, Post
3. ó - mni - a! Quod tu non es, sunt só - mni - a! Quis
1. hac cum tu - a grá - ti - a Tor-mén-ta mil - le pá - ti - ar.
2. pugnam et vi - ctó - ri - am Spe - ro ae - tér-nam gló - ri - am.
3. mi - hi det pro fú - ne - re Mo - ri a - mó - ris vúl - ne - re!

V. Ad Offertorium.

Piissime Pater, in unione illius caritatis, qua Unigenitus tuus omnem influxum divinitatis, qui in ejus humanitatem descendit, cum plena gratitudine offerens refundit in abyssum originis suae, offero tibi omnia et singula bona, quae ex ineffabili benignitate tua mihi umquam contulisti, eaque summo gratitudinis affectu una cum meritis et virtutibus ejusdem Filii tui super altari tuo in sempiternae laudis sacrificium immolo. Maxime vero offero tibi cor meum, heu! nimis pravum et improbum, illudque sacro huic calici immergo ea intentione et desiderio, ut omnes illae orationes et benedictiones, quae super hunc calicem fient, etiam super cor meum pronuntientur, atque per virtutem istius ineffabilis consecrationis, qua vinum in Filii tui sanguinem convertetur, ipsum quoque in tui amorem efficaciter convertatur. Amen.







VI. Ad Praefationem.

1669.





VII. Ad Canonem.

Te igitur, clementissime Pater, per Dominum nostrum Jesum Christum, supplices rogamus, ut universam Ecclesiam tuam, quam idem Filius tuus suo sanguine acquisivit, hujus sacrificii merito tuearis et augeas; ut eum, qui ejusdem gerit primatum, papam nostrum N., dirigas omnesque praesules et sacerdotes, quos pro salute nostra sollicitos constituisti, illumines et sanctifices. Petimus praeterea, quod tibi acceptum esse scimus, ut omnes, qui nobis praesunt, salvos semper et incolumes servare digneris.

Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum N. N., omniumque fidelium, qui tibi uni, omnipotenti Deo, per hanc

hostiam cultum debitum, sive praesentes sive absentes, praestare cupiunt atque conantur.

Veneramur etiam memoriam eorum, qui te summo bono jam nunc in coelis fruuntur, imprimis sanctissimae Deiparae semperque virginis Mariae, beatorum Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum omniumque Sanctorum, quorum conversatio nobis vivendi exemplum, communio solatii consortium, intercessio pugnandi subsidium praebet; quibuscum corpus unum, cujus caput Christus est, effecti majestatem tuam eodem, quo ipsi, modo ac merito colimus et adoramus: qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

VIII. Ad Elevationem.

Ad elevationem s. hostiae.

Adoro te devote, latens Deitas,
Quae sub his figuris vere latitas:
Tibi se cor meum totum subjicit,
Quia te contemplans totum deficit.
Visus, tactus, gustus in te fallitur;
Sed auditu solo tuto creditur.
Credo quidquid dixit Dei Filius:
Nil hoc verbo Veritatis verius.

Ad elevationem calicis.

Pie pelicane, Jesu Domine,
Me immundum munda tuo sanguine,
Cujus una stilla salvum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.
Jesu, quem velatum nunc adspicio,
Oro fiat illud, quod tam sitio:
Ut, te revelata cernens facie,
Visu sim beatus tuae gloriae. Amen.

IX. Post Elevationem.

1678





X. Ad Commemorationem Defunctorum.

Deus, cui omnia vivunt et cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed in melius mutantur, te supplices deprecamur, ut quidquid animae famulorum famularumque tuarum vitiosum tuaeque

voluntati contrarium, fallente diabolo aut propria iniquitate atque fragilitate, contraxerunt, tu pius et misericors abluas easque suscipi jubeas per manus sanctorum Angelorum tuorum deducendas in sinum Patriarcharum tuorum, ubi nec dolor nec tristitia est, et fidelium animae felici jucunditate laetantur; ut in novissimo magni judicii die inter sanctos et electos tuos eos facias perpetuae gloriae percipere portionem, quam oculus non vidit, nec auris audivit, quam praeparasti, Deus, diligentibus te. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

XI. Ad Agnus Dei etc.

Optime Jesu! intra in cor meum, desiderium meum imple, beatissima sis animi mei vita. Tecum enim habeo totum atque omne bonum, quod desiderem. Refice igitur, Domine, esurientem servum tuum; accende voluntatem, quam habeo frigidam, igne amoris tui; mentis tenebras tuae praesentiae claritate illustra. Fac, ut mihi quidvis terrestre sit amarum, quidvis creatum vile et despiciendum. Animum vero ad te in coelum erectum noli sinere per terram vagari. Ipse mihi moriar, ut nemini nisi tibi vivam. Utinam me ignea quaedam vis caritatis tuae corripiat, in te commutet, tecum penitus uniat. Amen.







1. lá - men cór - di - um, Fons pa - cis
2. tá - tem vé - re - or In pec - ca-
1. con - se - crá - tus. Ad te, o Je - su,
2. tó - rum sor - de. Dic ver - bo tan - tum:
1. sí - ti - o, Te quaero, te e - sú - ri-
2. á - ni - ma Sa - ná - bi - tur, et ví - vi-
1. o, Qui sum in te re - ná - tus.
2. da Tu - o fru - é - tur Cor - de.

XII. Post Communionem.

Pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui ex abundantia infinitae caritatis dedisti nobis unigenitum Filium tuum, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam: in unione caritatis, qua seipsum olim tradidit pro nobis in ara Crucis, et nunc in altaris sacramento se communicat, tibi eum offero una cum omnibus ejus meritis atque virtutibus, in aeternam laudem et gloriam tuam: ut, qui tibi placere de actibus nostris non valemus, dilectissimi Filii tui meritis et patrocinio perfecte placeamus. Amen.

J. Mohr.






1. re - us De sa - cris áb - e - at.
2. ó - ne Di - gná - re sér - vu - los.
3. pro - na In - stent vir - tú - ti - bus.
1-3. Prae - sta vé - ni - am, Do - na
1-3. grá - ti - am. Nos per ter - ré - sti - a Duc
1-3. ad coe - lé - sti - a.

XIII. Ad Finem Missae.

Gratum sit majestati tuae, Domine, quod sacer populus tuus obtulit, sacrificium. A sanctuario tuo jam recedens tibi supplico, ut me cum fratribus et amicis inimicisque infinitae bonitati commendatos habeas: divino nos amore flagrantes tui fac quam simillimos; quotidianas actiones guberna, ne sancta praecepta tua negligamus. Immo nihil in nostris cogitationibus, verbis, operibus insit, quod non referatur ad te, o amor noster ac gaudium, qui vivis et regnas per omnia saecula. Amen.

VI.

Miscellanea.

Deus meus adjutor meus, et sperabo in eum.

Psalm. XVII, 2.


Pro Papa et Ecclesia.

165. Oremus pro Pontifice nostro I.






166. Oremus pro Pontifice nostro II.




Quattuor soli.
Tutti.
o - ré - mus. ℟. Dó - mi - nus con - sér - vet e -
um, et vi - ví - fi - cet, vi - ví - fi - cet e-
um, et be - á - tum fá - ci - at, be-
á - tum fá - ci - at e - um in ter - ra,



A duabus vocibus sequenti modo cantari potest:





*) Hunc canendi modum etiam in Manuali observabis.



167. Rex regum, in splendore.

H. Oberhoffer.




1. súr-ge pro ho - nó - re Tu-ae Ec-clé-si - ae!
2. Práe-si-dem Tu - ó - rum In vi - a dí - ri - ge.
3. grex et pa-stor u - nus Fi - at in sáe-cu - lis.
p
1—3. Pa-pam pró-te-ge, Hos-tes ré-pri-me, Stet
f
1—3. Pe - tri cá - the-dra Sa - lú - tis ré - gu - la, Stet
1—3. Pe - tri cá - the-dra Sa - lú - tis ré - gu - la!

168*. Tu pastor es agnorum.

J. Mohr.





Pro pace.


169*. Da pacem, Domine.

Vesp. Rom. 1875.










Ad implorandam

170. Miserere



II. Et secúndum multitúdinem | miserati-	ó-	num tu-	á-	rum *
3. Amplius lava me | ab iniqui-	tá-	te	me-	a: *
IV. Quóniam iniquitátem meam	e-	go co-	gnó-	sco: *
5. Tibi soli peccávi, | et malum	co-	ram te	fe-	ci: *
VI. Ecce enim in iniqui-	tá-	tibus con-	cé-	ptus sum: *
7. Ecce enim veritátem	di-	le-	xí-	sti: *
VIII. Aspérges me hyssópo,	et	mun-	dá-	bor: *
9. Audítui meo | dabis gáudium,	et	lae-	tí-	tiam: *
X. Avérte fáciem tuam | a pec-	cá-	tis	me-	is, *
11. Cor mundum crea	in	me,	De-	us: *
XII. Ne projícias me a	fá-	cie	tu-	a: *
13. Redde mihi laetítiam | salu-	tá-	ris	tu-	i: *
XIV. Docébo iníquos	vi-	as	tu-	as: *
15. Líbera me a sanguínibus, Deus, | Deus sa-	lú-	tis	me-	ae: *
XVI. Dómine, lábia	me-	a a-	pé-	ries: *
17. Quóniam si voluísses sacrifícium, | de-	dís-	sem	ú-	tique: *
XVIII. Sacrifícium Deo spíritus con-	tri-	bu-	lá-	tus: *
19. Benígne fac, Dómine, | in bona voluntáte	tu-	a	Si-	on: *
XX. Tunc acceptábis sacrifícium justítiae, | oblatiónes, et	ho-	lo-	cáu-	sta: *
21. Glória	Pa-	tri, et	Fí-	lio, *
XXII. Sicut erat in princípio, | et	nunc,	et	ems-	per, *


℣. Fiat pax in virtúte tua.

℞. Et abundántia in túrribus tuis.

Oremus. Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Dei misericordiam.

mei, Deus.



1. secúndum mágnam | mise-	ri-	cór-	diam	tu-	am.



II. dele . . . . . ini-	qui-	tá-	tem	me-	am.
3. et a . . . . peccá-	to	me-	o	mun-	da me.
IV. et peccátum meum | con-	tra	me	est	sem-	per.
5. ut justificéris in sermónibus tuis, | et vincas	cum	ju-	di-	cá-	ris.
VI. et in peccátis concépit	me	ma-	ter	me-	a.
7. incérta, et occúlta sapiéntiae tuae, | mani-	fe-	stá-	sti	mi-	hi.
VIII. lavábis me, | et super ni-	vem	de-	al-	bá-	bor.
9. et exsultábunt ossa . .	hu-	mi-	li-	á-	ta.
X. et omnes iniquitá- . .	tes	me-	as	de-	le.
11. et spíritum rectum | ínnova in	vi-	scé-	ribus	me-	is.
XII. et spíritum sanctum tuum |	ne	áu-	feras	a	me.
13. et spíritu . . . prin-	ci-	pá-	li con-	fír-	ma me.
XIV. et ímpii ad	te	con-	ver-	tén-	tur.
15. et exsultábit lingua mea |	ju-	stí-	tiam	tu-	am.
XVI. et os meum annuntiá-	bit	lau-	dem	tu-	am.
17. holocáustis	non	de-	le-	ctá-	beris.
XVIII. cor contrítum, et humiliátum, | De-	us,	non	de-	spí-	cies.
19. ut aedificén-	tur	mu-	ri Je-	rú-	salem.
XX. tunc impónent | super altá-	re	tu-	um	ví-	tulos.
21. et	Spi-	rí-	tui	san-	cto.
XXII. et in sáecula sae - -	cu-	ló-	rum.	A -	men.

In aliquibus locis post alterum quemque Psalmi versum cantatur:









171*. Attende, Domine.




qui - a pec - cá - vi - mus ti - bi. II. At - tén-
de, Dó - mi - ne, et mi - se - ré - re, qui - a
pec - cá - vi - mus ti - bi. I. Re - cor - dá - re,
Dó - mi - ne, quid ac - cí - de - rit no - bis;


peccávimus cum pátribus no - stris, in - jú - ste
é - gi - mus; mul - ti - pli - cá - tae sunt super
capíllos cá - pi - tis in - i - qui - tá - tes no - strae.
d
s
II. At - tén - de etc. I. Con - tri - stá - ti su - mus
d


in exerci-ta - ti - ó - ne no - stra, et conturbáti
su - mus a vo - ce in - i - mí - ci, et a
d
tri - bu - la - ti - ó - ne pec - ca - tó - rum;
in próximo est per - dí - ti - o no - stra,


et non 'est, qui ád - ju - vet; formído mor-tis
cé - ci - dit su - per nos. II. At - tén - de etc.
I. Cor contrítum, et hu - mi - li - á - tum ne de-
spí - ci - as, Dó - mi - ne: in jejúnio, et fletu


te de - pre - cá - mur nos. Eleëmósynam con-
clú - di-mus in si - nu páu - pe-rum, et i - psa
ex - o - rá - bit te pro no - bis: con - vér-
ti - mur ad te, quó - ni - am mul - tus es ad i-



gno - scén - dum. II. At - tén - de etc. I. Au - di, pó-
pu - le me - us, et con - sí - de - ra: vínea mea e-
lé - cta, do - mus I - sra - ël, ego te plantávi:
quó-mo - do fa - cta es in a - ma - ri - tú - di-


nem? Exspe - ctá - vi, ut fá - ce - res ju-
dí - ci-um: et ec - ce in - í - qui-tas; et ju-
stí - ti - am: et ec - ce cla - mor. II. At-tén-de etc.
I. Revértere, re - vér - te - re ad Dó - mi - num


De - um tu - um, et áuferam jugum ca-
pti - vi - tá - tis tu - ae; rédimam te,
la - vá - bo in - i - qui - tá - tes tu -
as in sán - gui - ne me - o, et e - ro



172*. Parce, Domine.





Cantatur ter, et nihil additur. In nonnullis autem locis cantatur bis; deinde inchoatur Miserere I/1 (infra; in fine: Gloria Patri etc.), et post alterum quemque Psalmi versum repetitur semel Parce, Domine etc.

Pro Defunctis.

173*. Ordo Exsequiarum.

Parochus, antequam cadaver efferatur, illud adspergit aqua benedicta; deinde dicit:

Antiphona. Si iniquitátes.

Psalmus 129.


1. De profúndis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vocem meam.
2. Fiant aures tuae intendéntes * in vocem deprecatiónis meae.
3. Si iniquitátes observáveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?
4. Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te, Dómine.
5. Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit ánima mea in Dómino.
6. A custódia matutína usque ad noctem * speret Israël in Dómino.
7. Quia apud Dóminum misericórdia: * et copiósa apud eum redémptio.
8. Et ipse rédimet Israël * ex omnibus iniquitátibus ejus.
9. Réquiem aetérnam * dona eis, Dómine.
10. Et lux perpétua * lúceat eis.

Antiphona. Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit?

Deinde cadaver effertur, Parochusque de domo procedens statim gravi voce intonat Antiphonam Exsultabunt Domino, et Cantores nchoant Psalmum Miserere, Clero alternatim prosequente, hoc imodo:



Psalmus 50.



1. Miserére mei, Deus, * secúndum magnam misericórdiam tuam:

2. Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

3. Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

4. Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et peccátum meum contra me est semper.

5. Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut justificéris in sermónibus tuis, et vincas cum judicáris.

6. Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum: * et in peccátis concépit me mater mea.

7. Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta, et occúlta sapiéntiae tuae manifestásti mihi.

8. Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

9. Audítui meo dabis gáudium, et laetítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

10. Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes iniquitátes meas dele.

11. Cor mundum crea in me, Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

12. Ne projícias me a fácie tua: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

13. Redde mihi laetítiam salutáris tui, * et spíritu principáli confírma me.

14. Docébo iníquos vias tuas: * et ímpii ad te convertèntur.

15. Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis meae: * et exsultábit lingua mea justítiam tuam.


16. Dómine, lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit laudem tuam.

17. Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique: * holocáustis non delectáberis.
18. Sacrifícium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum, et humiliátum, Deus, non despícies.
19. Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion: * ut aedificéntur muri Jerúsalem.
20. Tunc acceptábis sacrifícium justítiae, oblatiónes, et holocáusta: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.
21. Réquiem aetérnam * dona eis, Dómine.
22. Et lux perpétua * lúceat eis.

Si longitudo itineris postulaverit, dicuntur Psalmi Graduales, vel Psalmi ex Officio Mortuorum, qui Psalmi devote, distincte gravique voce recitari debent, usque ad Ecclesiam.

Ad ingressum Ecclesiae repetitur:

Antiphona.



Deinde Ecclesiam ingressi, cantant Responsorium, Cantore incipiente, et Clero alternatim respondente:




ri - te, An - ge - li Dó - mi-
ni: Sus - ci - pi - én - tos á - ni - mam
e - - jus: Of - fe - rén - tes
e - - am in con - spé -


ctu Al - - tís - si-
mi. ℣. Sus - cí - pi - at te
Chri - stus, qui vo - cá -
vit te: et in si - num A - bra - hae


An - ge - li de - - dú -
cant te. Sus - ci - pi - én - tes
á - ni - mam e - jus.
℣. Ré - qui - em ae-


tér - nam do - na e - i, Dó -
mi - ne. ℟. Et lux per - pé - tu - a
lú - ce - at e -
- i. Of - fe - rén - tes e -





Deposito feretro in medio Ecclesiae, et cereis accensis circa corpus, statim, nisi quid impediat, dicatur Officium Mortuorum, cum tribus Nocturnis, et Laudibus.

Ad finem Officii post Antiphonam Cantici „Benedictus“ Ego sum resurrectio etc. dicitur:

Pater noster (secreto).

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace.
℟. Amen.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Oremus. Absólve, quáesumus, Dómine, ánimam fámuli tui ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectiónis glória ínter Sanctos et Eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum. — ℟. Amen.

Dum in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum ministris paratur ad celebrandam Missam solemnem pro defuncto, si tempus congruens fuerit, ut in die depositionis in Missali Romano.

Finita Missa, Sacerdos deponit casulam, etc., sistit se contra crucem ad pedes defuncti, et dicit sequentem Orationem:


Non intres in judícium cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remíssio. Non ergo eum, quáesumus, tua judiciális senténtia premat, quem tibi vera supplicátio fídei christiánae comméndat: sed, grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere judícium ultiónis, qui, dum víveret, insignítus est signáculo Sanctae Trinitátis: qui vivis, et regnas in sáecula saeculórum. — ℟. Amen.


Deinde, Cantore incipiente, Clerus circumstans cantat Responsorium: Libera.

Post Dominus vobiscum:

Oremus. Deus, cui próprium est miseréri semper, et párcere: te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui N. (vel fámulae tuae N.), quam hódie de hoc sáeculo migráre jussísti, ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam paradísi perdúci: ut, quia in te sperávit, et crédidit, non poenas inférni sustíneat, sed gáudia aetérna possídeat. Per Christum Dóminum nostrum. — ℟. Amen.

Finita Oratione, corpus defertur ad sepulcrum, si tunc deferendum sit; et dum portatur, Clerici cantant Antiphonam:








Cum autem pervenerit ad sepulcrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens hanc Orationem:

Oremus. Deus, cujus miseratióne ánimae fidélium requiéscunt, hunc túmulum benedícere dignáre, eíque Angelum tuum sanctum députa custódem: et quorum quarúmque córpora hic sepeliúntur, ánimas eórum ab ómnibus absólve vínculis delictórum, ut in te semper cum Sanctis tuis sine fine laeténtur. Per Christum Dóminum nostrum. — ℟. Amen.

Dicta Oratione, Sacerdos aqua benedicta adspergat, deinde incenset corpus defuncti, et tumulum.

Quodsi corpus tunc ad sepulturam non deferatur, omisso Responsorio In paradisum etc., et benedictione sepulcri, si jam est benedictum, prosequatur Officium, ut infra, quod numquam omittitur; et intonet Antiphonam.

Antiphona.





Canticum Zachariae*).

1. Benedíctus | Dóminus Deus IsraEl, * quia visitávit, | et fecit redemptiónem plebis suae.

2. Et eréxit | cornu salútis nobis: * in domo David púeri sui.

3. Sicut locútus est | per os sanctórum, * qui a sáeculo sunt, | prophetárum ejus:

4. Salútem | ex inimícis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos:

5. Ad faciéndam misericórdiam | cum pátribus nostris:* et memorári | testaménti sui sancti.

6. Jusjurándum, | quod jurávit ad Abraham, | patrem nostrum, * datúrum se nobis:

*) Omnes versus solemniter inchoantur.

7. Ut sine timóre, | de manu inimicórum nostrórum liberáti,* serviámus illi.

8. In sanctitáte, | et justítia coram ipso * ómnibus diébus nostris.

9. Et tu, puer, | prophéta Altíssimi vocáberis: * praeíbis enim | ante fáciem Dómini | paráre vias ejus:

10. Ad dandam sciéntiam salútis | plebi ejus * in remissiónem | peccatórum eórum:


11. Per víscera | misericórdiae Dei nostri, * in quibus visitávit nos óriens ex alto:

12. Illumináre his, | qui in ténebris, | et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros | in viam pacis.

13. Réquiem aetérnam * dona eis, Dómine.

14. Et lux perpétua * lúceat eis.

Antiphona.



Postea Sacerdos dicit:

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison. Pater noster. (Interim corpus adspergit.)

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

℟. Sed líbera nos a malo.

℣. A porta ínferi.

℟. Erue, Dómine, ánimam ejus.

℣. Requiéscat in pace.

℟. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Oremus. Fac, quáesumus, Dómine, hanc eum servo tuo defúncto (vel fámula tua defúncta) misericórdiam, ut factórum suorum in poenis non recípiat vicem, qui (vel quae) tuam in votis ténuit voluntátem: ut sicut hic eum (vel eam) vera fides junxit fidélium turmis; ita illic eum (vel eam) tua miserátio sóciet angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum. — Amen.

℣. Réquiem aetérnam dona ei, Dómine.

℟. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. Requiéscat in pace.

℟. Amen.


℣. Anima ejus, et ánimae ómnium fidélium defunctórum, per misericórdiam Dei, requiéscant in pace.


℟. Amen.

Deinde a sepultura in Ecclesiam vel in Sacristiam revertentes, dicant sine cantu Antiphonam Si iniquitates cum Psalmo De profundis (pag. 390).

174. Adeste frequentes.









175. De profundis adscendentem.









176. Jesu Christe.

1838.





177. O Jesu clementissime.

1537.




1. sán-gui - ne Sis mi - tis li - be - rá - tor. In-
2. stí - ti - ae, Ri - gó - rem tor - men - tó - rum. Flam-
3. mí - li - tes In flam - ma hac pur - gán - te. Ve-
1. dúl - ge te a - mán - ti - bus Tu - am be - ni - gni-
2. mam vo - rá - cem tém - pe - ra, Et mí - ti - ga do-
3. stri in ter - ris só - ci - i Quum fú - e - rint la-
1. tá - tem, Poenámque de - pre - cán - ti - bus Os - tén - de
2. ló - res, In - cén - di - um re - frí - ge - ra, Et fi - ni
3. bó - rum, Nunc et be - á - ti ó - ti - i Sors vo - cat
1. bo - ni - tá - tem, Os - tén - de bo - ni - tá - tem.
2. hos an - gó - res, Et fi - ni hos an - gó - res.
3. et bo - nó - rum, Sors vo - cat et bo - nó - rum.

178*. O salutaris hostia.



179. Virgo, mater gratiarum.








Pro gratiarum actione.


180. Te Deum laudamus I.


Dir. chori 1874. Harmon. add. F. Witt.







ae - tér - num Pa - trem o - mnis ter - ra
ve - ne - rá - tur. I. Ti - bi o - mnes An - ge - li,
ti - bi coe - li, et u - ni - vér - sae po - te-
stá - tes. II. Ti - bi Ché - ru - bim, et Sé - ra-


phim in - ces - sá - bi - li vo - ce pro - clá - mant:
I. San - - - - ctus, II. San - -
- - - ctus, I. San - ctus Dó - mi - nus De - us
Sá - ba - oth. T. Ple - ni sunt coe - li, et ter - ra


ma - je - stá - tis gló - ri - ae tu - ae.
I. Te glo - ri - ó - sus A - po - sto - ló - rum
cho - rus. II. Te Pro - phe - tá - rum lau - dá-
bi - lis nú - me - rus. I. Te Már - ty - rum can - di-



dá - tus lau - dat ex - ér - ci - tus.
II. Te per or - bem ter - rá - rum san - cta con-
fi - té - tur Ec - clé - si - a. I. Pa - trem
im - mén - sae ma - je - stá - tis. II. Ve - ne - rán-


dum tu-um ve - rum, et ú - ni-cum Fí - li - um.
I. San - ctum quo-que Pa-rá - cli-tum
Spí - ri - tum. II. Tu Rex gló - ri - ae, Chri - ste.
I. Tu Pa - tris sem-pi - tér - nus es Fí - li - us.



II. Tu ad li - be-rán - dum sus - ce - ptú - rus hó - mi-nem
non hor - ru - í - sti Vír - gi - nis ú - te - rum.
I. Tu, de - ví - cto mor-tis a - cú - le - o, a - pe-
ru - í - sti' cre - dén - ti - bus re - gna coe-


ló - rum. II. Tu ad dé-xte-ram De-i se - des,
in gló-ri-a Pa - tris. I. Ju - dex
cré-de-ris es - se ven - tú - rus.
Hic versus cantatur genibus flexis et tractius.
T. Te er - go quáe-su-mus, tu-is fá-mu-lis


súb-ve-ni, quos pre - ti - ó - so sán-gui-ne
red - e - mí - sti. I. Ae-tér-na fac
cum San-ctis tu - is in gló - ri - a nu - me-
rá - ri. II. Sal-vum fac pó-pu-lum tu-um,


Dó - mi - ne: et bé - ne-dic hae-re - di- .
tá - ti tu - - ae. I. Et re - ge - e-
os: et ex - tól - le il - los us - que
in ae - tér - num. II. Per sín - gu - los di-


es be - ne - dí - ci - mus te. I. Et lau-
dá - mus no - men tu - um in sáe - cu - lum, et in
sáe - cu - lum sáe - cu - li. II. Di - gná - re,
Dó - mi - ne, di - e i - sto si - ne pec-cá - to


nos cu - sto - dí - re. I. Mi - se - ré - re
no - stri, Dó - mi - ne: mi - se - ré - re no - stri.
II. Fi - at mi - se - ri - cór - di - a tu - a, Dó - mi-
ne, su - per nos, quem - ád - mo - dum spe - rá-



℣. Benedíctus es, Dómine, | Deus patrum nostrórum.
℟. Et laudábilis, | et gloriósus in sáecula.
℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, | cum sancto Spíritu.
℟. Laudémus, | et superexaltémus eum in sáecula.
℣. Benedíctus es, Dómine, | in firmaménto coeli.
℟. Et laudábilis, et gloriósus, | et superexaltátus in sáecula.
℣. Bénedic, ánima mea, Dómino.
℟. Et noli oblivísci | omnes retributiónes ejus.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.


Oremus. Deus, cujus misericórdiae non est númerus et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimae majestáti tuae pro collátis donis grátias ágimus; tuam semper cleméntiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens ad práemia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. — ℟. Amen.

181. Te Deum laudamus II.


(Cantus brevior.)

Grad. Rom. 1877.




et u - ni - vér - sae po - te - stá - tes. II. Ti - bi
Ché - ru - bim, et Sé - ra - phim in - ces - sá - bi - li
vo - ce pro - clá - mant: I. San - - ctus.
II. San - - ctus. I. San - ctus Dó - mi - nus


De - us Sá - ba - oth. T. Ple - ni sunt coe - li, et
ter - ra ma - je - stá - tis gló - ri - ae tu - ae.
I. Te glo - ri - ó - sus A - po - sto - ló - rum
cho - rus. II. Te Pro - phe - tá - rum lau - dá - bi - lis


nú - me-rus. I. Te Már-ty-rum can-di-dá-tus
lau-dat ex-ér-ci-tus. II. Te per or-bem
ter-rá-rum san-cta con-fi-té-tur Ec-
clé-si-a. I. Pa-trem im-mén-sae



ma - je - stá - tis. II. Ve - ne - rán - dum tu - um
san - ctum, et ú - ni - cum Fí - li - um. I. San-
ctum quo - que Pa - rá - cli - tum Spí - ri - tum.
II. Tu Rex gló - ri - ae, Chri - ste. I. Tu Pá - tris



sem - pi - tér - nus es Fí - li - us. II. Tu ad li - be-
rán - dum sus - ce - ptú - rus hó - mi - nem, non hor-
ru - í - sti Vír - gi - nis ú - te - rum. I. Tu de-
ví - cto mor - tis a - cú - le - o, a - pe - ru - í-


sti cre - dén - ti - bus re - gna coe - ló - rum.
II. Tu ad déx - te - ram De - i se - des in gló - ri-
a Pa - tris. I. Ju - dex cré - de - ris es - se ven-
Hic versus cantatur genibus flexis et tractius.
tú - rus. T. Te er - go quáe - su - mus, tu - is


fá - mu - lis súb - ve - ni: quos pre - ti - ó - so sán-
gui - ne red - e - mí - sti. I. Ae - tér - na fac
cum San - ctis tu - is in gló - ri - a nu - me-
rá - ri. II. Sal - vum fac pó - pu - lum tu - um,


Dó - mi - ne, et bé - ne - dic hae - re - di - tá-
ti tu - ae. I. Et re - ge e - os, et
ex - tól - le il - los us - que in ae - tér -
num. II. Per sín - gu - los di - es be - ne - dí-


ci - mus te. I. Et lau - dá - mus no - men tu - um
in sáe - cu - lum, et in sáe - cu - lum sáe-
cu - li. II. Di - gná - re, Dó - mi - ne, di - e i - sto
si - ne pec - cá - to nos cu - sto - dí - re. I. Mi - se-


ré - re no - stri, Dó - mi - ne: mi - se - ré - re
no - stri. II. Fi - at mi - se - ri - cór - di - a tu - a,
Dó - mi - ne, su - per nos, quem-ád - mo-dum spe - rá - vi-
mus in te. T. In te, Dó - mi - ne, spe - rá - vi:



℣. Benedíctus es, Dómine, | Deus patrum nostrórum.
℟. Et laudábilis, | et gloriósus in sáecula.
℣. Benedicámus Patrem, et Fílium, | cum sancto Spíritu.
℟. Laudémus, | et superexaltémus eum in sáecula.
℣. Benedíctus es, Dómine, | in firmaménto coeli.
℟. Et laudábilis, et gloriósus, | et superexaltátus in sáecula.
℣. Bénedic, ánima mea, Dómino.
℟. Et noli oblivísci | omnes retributiónes ejus.
℣. Dómine, exáudi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Oremus. Deus, cujus misericórdiae non est númerus et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimae majestáti tuae pro collátis donis grátias ágimus; tuam semper cleméntiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens ad práemia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum. — ℟. Amen.

